

.xx. OMELIA IN QUINQUAGESIMA .

Hoc denuntiare uobis oportet fratres karissimi . et uos diligenti-  
us considerare debetis . ut per terrenorum medicorum exempla .  
peruenire studeatis ad caelestia . quia haec est consuetudo carnalium medicorum . Quoties  
cumque ad eos qui in corpore egrotare uidentur ueniunt . Omnia quae  
in eis dilectabilia sunt abscidere . /34r/ et quod dulce est . eis interdicerere . Aliquoties etiam  
frigidum accipere non permittunt . Interdum etiam amarissimas  
potiones bibere cogunt . et asperrimis uel acutissimis ferramentis .  
eorum uulnera frequenter intercidunt . Hoc ergo quod pro sanitate  
corporum carnales medici faciunt . pro animarum salute spiritales  
medici exercere contendunt . Haec ergo cogitans fratres dilectissimi .  
et tam pro mea quam uestra salute rationem me redditurum esse  
ante tribunal æterni iudicis non ignorans eligo aspera quidem .  
sed salubria uobis medicamenta ingerere . Et ideo etiam illa  
quae non facitis denuntiamus uobis . ut ea in quibus forte  
preuenti fueritis sanare possimus . Et ut postea nobis eum in  
angelorum consortio . perpetua mereamur pariter incolumitate<sup>1</sup>  
gaudere . Illud ergo scire et intelligere debetis fratres karissimi .  
quia iam dies quadragesima . sancti ac spiritales in proximo  
aduenerunt . in quibus corporis damna in anime transeunt  
lucra . Et ideo tamquam ad spiritalem uindemiam . nostros  
animos preparemus . et ita uacare domino studeamus .  
ut in his paucis diebus quod nobis per totum annum  
sufficiat congregare possimus . de istis enim diebus dominum

dixisse credimus per prophetam dicentem . In diebus  
solemnitatum uestrarum . affligétis animas uestras . Qua  
re hoc dixit? quia ieiunia et uigiliae macerant  
corpora ed<sup>2</sup> maculata corda purificant . mebris<sup>3</sup>  
subtrahunt fortitudinem . Sed animabus addunt  
nitorem . Labore enim corporum . redimuntur discrimina<sup>4</sup>  
/34v/ uoluptatum . quia dum culpae auctor humiliatvr<sup>5</sup> . culpa  
minuitur . Certum est enim . quod si nos ipsi peccatis nostris disci  
plinam imponimus . si per poenitentiam condemnamus deside  
ria carnis et luxuriam . cito nobis deum propitium faciemus . Sicut  
scriptum est . O homo peccatum tuum si tu agnoscis . deus ig  
noscit . nam quomodo id fieri potest . ut homini peccatum deus  
dignetur ignoscere . quod in se ipse dedignatur agnoscere .  
[.iiii.] Meditantes ergo salutis nostrę medicamentum proclamandum  
est nobis cum dicente propheta . Rugiebam a gemitu cordis  
mei . Et iterum . Lauabo per singulas noctes lectum meum .  
lacrimis meis stratum meum rigabo . Et iterum . Ego autem  
cynerem tamquam panem manducabam . et poculum meum  
cum fletu miscebam . Nemo ergo fratres despiciat poeniten  
tiam . nemo contemnat hanc humiliationem . Rex enim  
erat dauid qui ista dicebat . magnus rex erat qui ista  
faciebat . Oportet itaque quasi super mortuum dare mag  
nos . super tinctam peccatis animam . planctus . et quomodo  
solet mater orbata . supra unicum filium lamentari .  
ita nobis conuenit super unicam animam nostram lugere .  
Idcirco autem unica dicitur . quia tamquam unica diligen  
da est . et quia ipsa sola `reddet`<sup>6</sup> rationem ante tribunal ęterni  
regis . [.v.] Remotis omnibus solaciis redditura est . Audi  
enda est igitur sententia danielis prophetę ad redimenta  
peccata . Accipe inquit ó rex consilium meum .  
et peccata tua aelimosinis pauperum redime . Ex

emplum etiam euangelici uiri quasi ad aedificandum  
nos conscriptum . ad memoriam nobis deducendum  
est dicentis . Ecce dimidium bonorum meorum domine  
/35r/ do pauperibus . Sed forte quando de aelimosinis loquimur .  
expauescit multorum paupertas . sé non habere quod pos  
sit pauperibus erogare . Sed nemo de hac re excusare  
se poterit . quando dominus . mercedem sé redditurum  
pro calice aquae frigidę repromisit . Et uiduam quae<sup>7</sup> duos  
nummos in gazophilatium detulit conlaudauit di  
cens . Alii ex eo quod habundabat eis dederunt .  
Haec autem de penuria sua totum misit uictum suum .  
[.vi.] Igitur dominus noster non copia largitatis sed beniuolentia  
pascitur largientis . Indicandum quoque est uobis fratres  
karissimi . quod in prima ebdomada ante initium quad  
ragesimę . confessiones sacerdotibus dandę sunt . poe  
nitentia accipienda . discordantes reconsiliandi .  
et omnia iurgia sedanda . et dimittere debent debita  
id est peccata sibi inuicem<sup>8</sup> de cordibus suis . ut liberius  
dicere possint . Dimitte nobis debita nostra . sicut et nos  
dimittimus debitoribus nostris . Et sic ingrediendo in bea  
tę quadragesimę tempus . mundis cordibus et purifi  
catis mentibus ad sanctum pascha per accedant et per poeni  
tentiam se renouent . que est secundus baptismus ; sicut enim  
baptismum abluit peccata . Ita et poenitentia pur  
gat . et quia post baptismum peccator iterum non potest  
rébaptizari . Hoc medicamentum poenitentię a domino  
datum est . ut per eam . uice baptismi . peccata post bap  
tismum diluantur . [.vii.] Septem enim modis peccata di  
mitti . scripture sacrę demonstrant . Primo<sup>9</sup> in bap  
tismo . quod propter remissionem peccatorum datum est .  
Secundo per martyrium iuxta illud quod ait psalmista .

/35v/ Beatus uir cui non inputabit dominus peccatum . iuxta eiusdem dauid sententiam dicentis . Quia remittuntur peccata per baptismum . Teguntur per poenitentiam . non imputantur per martyrium . Tertio per aelymosinam . iuxta daniellem . qui profano nabocodonosor regi ait . peccata tua aelymosinis redime in misericordiis pauperum . et illud . Sicut ignem ardentem extinguit aqua . Ita elemosina extinguit peccatum . Et dominus in euangelio . Uerumtamen date aelymosinam . ac si dixisset pro peccatis preteritis . et ecce omnia munda sunt uobis . Quarto . si remittat quis peccanti in se peccata sua . iuxta illud . Dimittite et dimittetur uobis . date et dabitur uobis . et illud . Sic et pater uester caelestis dimittet uobis peccata uestra . si remiseritis unusquisque de cordibus uestris . Quinto . si per predicationem suam quis et per bonorum operum exercitium . alios ab errore suo conuertat . Iuxta illud quod ait apostolus . quoniam si conuerti fecerit peccatorem ab errore uisus saluabit animam eius a morte et cooperit multitudinem peccatorum . Sexto per caritatem . Iuxta illud . caritas cooperit multitudinem peccatorum per iesum christum dominum nostrum . quia iuxta apostolum deus caritas est . Et qui manet in caritate in deo manet et deus in eo . Septimo per penitentiam . iuxta quod ait dauid propheta . conuersus sum . in erumna mea dum configitur mihi spina . Haec sunt enim .vii . peccatorum nostrorum remedia . per quae si in eis iugiter perseueremus . ad premia merebimur peruenire aeterna .

/36r/ Dirigamus ergo fratres karissimi actus nostros . et quicquid possumus quicquid ualemus . preponere uitae aeternae in exercitio bonae uoluntatis . et in studio iustitiae ac misericordiae .

ricordię conferamus . Cu`r`ramus<sup>10</sup> dum lucem habemus .  
operemur bonum ad omnes . Ne caligines mortis dum  
non ęstimamus . nos preoccupent . quia in illo seculo  
futuro . emendationi ac redemptioni nostrae prouidere  
nobis iam non licebit . Sicut sermo diuinis ait . quoniam  
non est in morte qui memor sit . Sicut enim ibi nulla  
tribuetur remissio peccatorum . Haec ergo fratres dilectis  
simi sapienter ac fideliter cogitantes . ad poeniten  
tię remedia confugere festinemus . et per humilitatem  
ac castitatem . per opera iustitię ac misericordię . aeterna nobis  
premia apud deum preparemus . Prestante domino nostro iesu  
christo . cui est honor et potestas et imperium et gloria in  
secula seculorum amen .

- <sup>1</sup> incolumitate] *corr. from incolomitate through an erasure of the second o and an overwriting of the substitute u*
- <sup>2</sup> ed] *sic pro sed; a later hand has attempted to edit this word, but what it was meant to be edited to is unclear.*
- <sup>3</sup> mebris] *sic pro membris; a later hand has added a macron over the e*
- <sup>4</sup> redimuntur discrimina] *corr. from redimum crimina*
- <sup>5</sup> humiliatur] *corr. from humiliator*
- <sup>6</sup> `reddet`] *added by a later hand*
- <sup>7</sup> quae] *corr. from qua*
- <sup>8</sup> inuicem] *corr. from ininuicem*
- <sup>9</sup> Primo] *corr. from Primu*
- <sup>10</sup> Cu`r`ramus] *the additional r has been supplied by a later hand*